



Patris mi Patris mi
auriga: eius !
rurus Israel: et
JU: REQ. I. XII.

REGVLA PRIMITIVA

Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo



Albertvs Dei gratia Hierosolymitanæ Ecclesiæ vocatus Patriarcha, dilectis in Christo filiis, B & ceteris Eremitis qui sub eius obedientia, iuxta fontem *Elia* in monte Carmeli morantur, salutem in Domino & Sancti Spiritus benedictionem.

Alberto, por graça de Deus, chamado a ser Patriarca da Igreja de Jerusalém, aos amados Filhos, B (Brocardo) e outros Eremitas, que, sob sua obediência, junto à Fonte de Elias, moram no Monte Carmelo, saudação no Senhor e bênção do Espírito Santo.

Multipharie multisque modis Sancti Patres instituerunt qualiter quisque in quocumque Ordine fuerit vel quemcumque modum religiosæ vitæ elegerit, in obsequio Ihesu Christi vivere debeat & eidem fideliter de corde puro & bona conscientia deservire. Verum, quia requiritis a nobis, ut iuxta propositum vestrum, tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere in posterum debeatis:

De muitos e diversos modos, os Santos Padres estabeleceram de que forma cada um, em qualquer Ordem, ou modo de vida religiosa que escolha, deva viver em obséquio de Jesus Cristo, e servi-Lo

fielmente, de puro coração e reta consciência. Mas, porque nos pedis, segundo o vosso propósito, vos damos uma Fórmula de vida, que estejais obrigados a guardar, daqui por diante.

I. Illud in primis statuimus ut unum ex vobis habeatis Priorem qui ex unanimi omnium assensu vel maioris & sanioris partis, ad hoc officium eligatur cui obedientiam promittat quilibet aliorum & promissam studeat operis veritate servare.

Estabelecemos, primeiramente, que tendes um de vós mesmos por Prior, o qual seja eleito para este ofício por unânime consentimento de todos, ou da maior e mais qualificada parte, ao qual, cada um dos outros prometa obediência, e depois de tê-la prometido, procure verdadeiramente guardá-la com as obras.

II. **Loca habere in eremis** & præterea iuxta situm loci quem inhabitare proposueritis singuli vestrum **singulas habeant cellulas separatas** sicut per dispositionem Prioris ipsius & de assensu aliorum fratrum vel sanioris partis eadem cellulæ cuique fuerint assignatæ.

Tereis vossa habitação nos ermos e, além disso, no sítio em que houverdes de habitar, cada um de vós tenha **uma cela individual separada**, conforme

disposição do mesmo Prior, e, com o consentimento dos demais irmãos, ou da parte mais qualificada, cada cela seja designada para cada um.

III. Nec liceat alicui fratrum nisi de licentia Prioris qui pro tempore fuerint deputatum sibi mutare locum vel cum alio permutare.

E não seja lícito a qualquer irmão, a não ser com licença do Prior atual, mudar de lugar ou trocar com outro.

IV. Cellula Prioris sit iuxta introitum loci, ut venientibus ad eundem locum, primus occurrat & de arbitrio & de dispositione ipsius postmodum, quæ agenda sunt cuncta procedant.

A cela do Prior esteja à entrada do lugar, para que venha receber primeiramente os que vierem ao referido lugar, e, de seu arbítrio e disposição, dependa tudo o que se houver de fazer.

V. **Maneant singuli in cellulis suis vel iuxta eas die ac nocte in lege Domini meditantes & in orationibus vigilantes**, nisi aliis iustis occasionibus occupentur.

Permaneça cada um na sua cela, ou junto dela, meditando dia e noite na Lei do Senhor, e velando sempre em oração, a não ser que se ocupe em outras justas ocupações.

VI. Hi qui litteras noverunt & legere Psalmos per singulas horas eos dicant, qui ex institutione Sanctorum Patrum & Ecclesiæ approbata consuetudine as horas singulas deputati. Qui vero litteras non noverunt, viginti quinque vicibus dicant Pater noster in Nocturnis vigiliis exceptis Dominicis & solemnibus diebus, in quorum vigiliis predictum numerum statuimus duplicari ut dicatur Pater noster vicibus quinquaginta. Septies autem eadem dicatur oratio in Laudibus matutinis. In aliis quoque horis, septies similiter eadem sigillatim dicatur oratio, præter officia vespertina, in quibus ipsam quindecies dicere debeatis.

Os que souberem letras e forem capazes de ler os Salmos, por cada uma das horas os digam, conforme os estatutos dos Santos Padres e o costume pela Igreja aprovado para cada uma das horas. Aqueles, porém, que não souberem, dirão vinte e cinco vezes o Pai-Nosso nas vigílias Noturnas, exceto nos Domingos e dias solenes, em cujas Vigílias determinamos que se dobre o dito número, de sorte que se diga o Pai-Nosso por cinquenta vezes. Pelas Laudes, entretanto, se dirá sete, e o mesmo tanto se diga esta oração para cada uma das outras Horas, exceto o ofício vespertino, ao qual se deverá rezar quinze vezes a dita oração.

VII. Nullus fratrum sibi dicat aliquid esse proprium, sed sint vobis omnia communia. & ex his quæ vobis Dominus dederit, distribuatur unicuique per manum Prioris, id est per hominem ab eo ad idem officium deputatum, prout unicuique opus fuerit inspectis ætatibus & necessitatibus singulorum: ita tamen, ut sicut præmissum est in deputatis fuerint, singulariter vivant.

Nenhum dos irmãos diga que tem alguma coisa própria, mas tudo entre vós seja comum e, daquilo que o Senhor vos der, se distribua pela mão do Prior, ou daquele por ele designado para este ofício, conforme as idades e necessidades de cada um: assim, entretanto, para que, segundo o que foi dito, cada um tenha o que for preciso para viver sozinho.

VIII. Oratorium, prout commodius fieri, poterit construatur in medio cellularum: ubi mane, in Dominicis & Festis, ad audienda missarum solemnia convenire debeatis, ubi hoc commode fieri poterit.

O Oratório, conforme for mais cômodo, pode ser construído no meio das celas, no qual, pela manhã, nos Domingos e Festas, vos deveis reunir para ouvir a missa solene, onde, comodamente, isto possa ser feito.

IX. Dominicis, quoque diebus, vel aliis ubi opus

fuerit, de custodia ordinis tractetis, ubi etiam excessus & culpæ fratrum, si qui de aliquo deprehensi fuerint caritate media corrigantur.

Também nos Domingos, ou em outros dias, quando necessário, tratareis da conservação da ordem, ocasião em que também, mediante a caridade, sejam corrigidos os excessos e culpas em que os irmãos tiverem incorrido.

X. Ieiunium, singulis diebus, exceptis Dominicis, observetis a festo exaltationis Sanctæ Crucis usque ad diem Dominicæ Resurrectionis, nisi infirmitas, vel debilitas corporis, aut alia iusta causa ieiunium solvi suadeat, quia necessitas non habet legem.

O Jejum, deveis observá-lo todos os dias, exceto aos Domingos, desde o dia da festa da Exaltação da Santa Cruz até o dia da Ressurreição do Senhor, a não ser que alguma enfermidade, ou debilidade do corpo, ou outra justa causa, aconselhe a deixar o jejum, pois, a necessidade não tem lei.

XI. **Ab esu carniū semper abstineatis.**

Abstenham-se sempre de comer carne.

Quia vero militia est vita hominis & omnes qui pie volunt vivere in Christo persecutionem patiuntur: adversarius quoque vester Diabolus, tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, omni solitudine studeatis

indui armatura Dei, ut possitis stare adversus insidias inimici. Accingendi sunt lumbi vestri cingulo Castitatis. Muniendum est pectus cogitationibus sanctis: scriptum est enim: Cogitatio sancta servabit te. Induenda est lorica iustitiæ ut Dominum Deum vestrum ex toto corde & ex tota virtute diligatis & proximum vestrum tamquam vosmetipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei, in quo possitis etiam tela nequissimi ignea extinguere. Sine fide enim impossibile est placere Deo: & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Galea quoque salutis imponenda est capiti, ut solo de Salvatore speretis salutem, qui salvum facit populum suum a peccatis eorum. Gladius autem spiritus quod est verbum Dei, abundanter habitet in ore & in cordibus vestris; & quæcumque vobis agenda sunt, in verbo Domini fiant. Faciendum est vobis aliquid operis, ut semper vos Diabolus inveniat occupatos, ne ex otiositate vestra aliquem intrandi aditum ad animas vestras valeat invenire. Habetis ad hoc beati Pauli magisterium pariter & exemplum, in cuius ore Christus loquebatur, qui positus est & datus a Deo prædicator & doctor gentium in fide & veritate, quem si secuti fueritis non poteritis aberrare. In labore (inquit) & fatigatione fuimus inter vos, nocte ac die operantes, nequem vestrum gravaremus; non quasi

nos non habeamus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam, cum essemus apud vos, hæc denuntiabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim inter vos quosdam ambulantes in quiete nihil operantes. His autem, qui eiusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducet. Hæc via sancta & bona; ambulate in ea. Commendat autem Apostolus silentium cum in eo præcipit operandum & quemadmodum Propheta testatur, Cultus iustitiæ silentium est; & rursus: In silentio & spe erit fortitudo vestra. Ideoque statuimus ut dicto completorio usque ad primam sequentis diei silentium teneatis, nisi forte necessitas, vel causa rationabilis, aut licentia Prioris silentium interrumpat. Alio vero tempore licet silentii non habeatur observatio tanta, diligentius tamen à multiloquio caveatur quoniam sicut scriptum est & non minus experientia docet, in multiloquio peccatum non deerit. & qui inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Item, qui multis utitur verbis, lædit animam suam. & Dominus in evangelio: De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicii. Faciat ergo unusquisque stateram verbis suis & frenos rectos ori suo, ne forte labatur & cadat

in lingua sua & insanabilis sit casus eius ad mortem. Custodiens cum Propheta vias suas, non delinquat in lingua sua. & silentium in quo cultus iustitiæ est, diligenter & caute studeat observare.

Porque, de fato, a vida do homem sobre a terra é uma batalha, e os que piedosamente querem viver em Cristo padecem perseguição; e também, porque, vosso adversário, o Diabo, como um leão rugindo anda ao redor de vós, buscando a quem devorar; tende toda solicitude de vos revestir da armadura de Deus para que possais estar firmes contra as insídias do inimigo. Cingi o vosso ventre com o cinto da Castidade, munindo o peito com pensamentos santos, pois está escrito: 'A consideração santa te guardará'. Vesti a couraça da justiça, para que ameis o Senhor vosso Deus com todo o vosso coração e com toda a vossa força e ameis ao vosso próximo como a vós mesmos. Em tudo tomai o escudo da fé, no qual possais extinguir os incendidos golpes do inimigo, pois, sem fé é impossível agradar a Deus e esta é a vitória que vence o mundo: a nossa fé. Haveis também de pôr sobre vossas cabeças o capacete da salvação, para que só do Salvador espereis a salvação, que salva o seu povo de seus pecados. A espada, porém, do Espírito, que é a Palavra de Deus, habite abundantemente em vossa boca e em vossos corações; e tudo o que fizerdes,

fazei-o na Palavra do Senhor. Deveis, também, fazer algum trabalho para que o Diabo vos encontre sempre ocupados e não aproveite de vossa ociosidade para entrar em vossas almas. Para isso, tendes o ensino e o exemplo do Apóstolo São Paulo, por cuja boca falava Cristo, que foi colocado por Deus como pregador e doutor das gentes na fé e na verdade, a quem, se seguides os passos, não podeis errar: ‘Em trabalho e fadiga, diz ele, estivemos entre vós, trabalhando noite e dia, para não vos sermos pesados; não porque precisávamos, mas para nós mesmos vos darmos um exemplo a imitar. De fato, quando estivemos entre vós, demos esta ordem: quem não quiser trabalhar, não coma. Ouvimos, de fato, que entre vós, alguns andam inquietos, sem trabalhar. A estes admoestamos e ordenamos, no Senhor Jesus Cristo, que, trabalhando em silêncio, comam o seu pão.’ Este caminho é bom e santo, caminhai por ele. Recomenda o Apóstolo o silêncio quando nele manda trabalhar, assim também, o Profeta testifica que ‘o silêncio é o culto da justiça’, e também que ‘no silêncio e na esperança estará a vossa força’. Por isso determinamos que, rezadas as Completas até a Prima do dia seguinte, tenhais silêncio. A não ser que um caso de necessidade, ou causa razoável, ou a licença do Prior, interrompa o silêncio. Em outros momentos, ainda que

não seja tão rigorosa a observância do silêncio, evite-se, contudo, com diligência, todo o excesso no falar; pois, como está escrito e não menos ensina a experiência: ‘No muito falar não faltará pecado’, e ‘quem é inconsiderado nas suas palavras experimentará dano’. Assim como também: ‘Ofende a sua alma aquele que fala muito’. E o Senhor no Evangelho: ‘De toda palavra ociosa que os homens disserem, darão conta no dia do juízo’. Faça, pois, cada um de vós uma balança para as suas palavras e ponha freios em sua boca, para não pecar e cair pela sua língua, e seja incurável sua doença até a morte. Guarde com o Profeta os seus caminhos, para que não peque com a sua língua. E o silêncio, no qual está o culto da justiça, procure-se com diligência e cautela observar.

Tu autem Frater B (Brocarde) & quicumque post te institutus fuerint Prior, illud semper habeatis in mente & servetis in opere quod Dominus ait in Evangelio: Quicumque voluerit inter vos maior esse frater, erit vester minister, & quicumque voluerit inter vos primus esse erit vester servus.

Tu, porém, Frei B (Brocardo) e qualquer outro que depois de ti for instituído Prior, tende sempre na mente e ponde por obra o que o Senhor diz no Evangelho: ‘Todo aquele que quiser ser o maior dentre os irmãos, seja vosso ministro e o que entre

vós quiser ser o primeiro, seja vosso servo.’

Vos quoque, ceteri fratres, Priorem vestrum humiliter honorate, Christum potius cogitantes, quam ipsum qui posuit illum super capita vestra. & ecclesiarum præpositis ait: Qui vos audit, me audit & qui vos spernit, me spernit: ut non veniatis in iudicium de contemptu sed de obedientia mereamini vitæ & æternæ mercedem.

Vós também, demais irmãos, honrai com humildade o vosso Prior, considerando nele Cristo, que o pôs sobre vossas cabeças. E aos Prelados da Igreja diz: ‘Quem vos ouve, ouve-me a mim; e quem vos despreza a mim me despreza’, para que não venhais a juízo pelo desprezo, mas para que mereçais, pela obediência, a recompensa da vida & eterna.

Hæc breviter scripsimus vobis, conversationis vestræ *Formulam* statuentes, secundum quam vivere debeatis. Si quis autem supererogaverit, ipse Dominus, cum redierit, reddet ei. Utatur tamen in omnibus discretione quæ virtutum est moderatrix.

Isto vos escrevemos, brevemente, instituindo a *Fórmula* da vossa maneira de agir, segundo a qual deveis viver. Se alguém, entretanto, fizer algo a mais, o próprio Deus, quando voltar, dar-lhe-á a paga. Use-se, porém, em tudo, de discrição que é a moderadora das virtudes.

